Gaudeamus omnes in domino diem festum
celebrantes sub honore quinque
vulnerum de quorum sollempnita
te gaudent angeli et collaudant
filium dei. Letentur celi et exultet
terra iubilate montes laudem. Gloria
Cristus vulneratus est propter iniqui
tates nostras cuius livore sanati sumus.
Propter quod et deus exaltavit illum et de
dit illi nomen quod est super omne nomen.
Alleluia Dulce pectus dulcis cruor
dulcia Christi vulnera que sola fuerunt
digna reservare regnum celorum hominibus
Protege domine plebem tuam per sacra vulnera
tua ab omnibus insidiis inimicorum nostrorum
ut tibi grata exspiramus servitute
et acceptabile tibi fiat sacrificium.
Nos autem gloriari oportet in
sacris vulneribus domini nostri Jesu Christi